

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XCI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

itaque gratissimo & iucundissimo rore marutino & fecundo, hoc est, voce Christi sonante, omnes illæ herbæ (quæ emarcuerunt) sic viuificabuntur & recreabuntur, vt iterum efflorescere & virefcere incipient: hoc est, in vitam reuocabuntur omnes.

Contra vero inquit, Terram mortuorum in ruinam detrahes. Mors abolebitur & vltra non erit, 1. Cor. 15. v. 54. Et cogetur reddere tum eos, quos hæcenus in vinculis habuit, Apoc. 20. v. 13.

Locvs I. Sicut meditatio illa flosculorum & herbarum marcescentium (de quibus Psalm. 90. vers. 5. & 102. v. 12 & 103. v. 15. Esa. 40. v. 6. 1. Pet. 1. v. 24.) vitæ instabilitatem & mortem etiam robustissimorum denotat: ita ros marutinus resurrectionem, &c. Et sicut illa meditatio tristitiam parit: ita hæc gaudium in animis nostris parere debet.

II. Sic etiam tristissimo illo mortis nuncio, opponenda illa vox læta Christi euocantis mortuos: Joh. 5. v. 28. & 1. Thessal. 4. vers. 16. Sic mortem non exhorrescamus tantopere.

III. Vt autem vocem illam læti audire possimus, audiamus quoque vocem ipsius in hac vita, sonantem in verbo.

De qua ipse etiam Joh. 5. vers. 25. vbi de spirituali resurrectione loquitur. De hac ibid. vers. 24. Et Hebr. 3. v. 7. ex Psalm. 95. v. 8.

F I N I S.

T H E M A X C I.

Esa. 26. in fine.

Intra populus meus cubicula tua, &c. Abscondere, &c.

Dispositionem huius Thematis, vide supra, parte I. Promptuarii, Classe VI. Num. X pag. 283.

T H E.